



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

Concilium Carthaginense VII. XXXVIII. Episcoporum. In hac Synodo recitati sunt Canones 105. quorum magna pars habetur in Carthaginensi III. & in Mileuitano Concilio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO CHRISTI 419.

nullam contradicendi occasionem habuissent Africani, si eadem in commonitorio obseruari voluisset, quæ ipsi ante in Mileuitano Concilio II. Can. 22. vel saltem in Africano Can. 92. ante constituerant. Hoc esse viderur quod iidem a Cælestino in literis contenderunt, vbi aiunt: *Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua.* Ita Baron. anno prædicto num. 70. Canon de libris sacræ scripturæ, sub Concilio Carthagenensi tertio extans num. 47. hoc vel alio Concilio sub Bonifacio editus videtur. Nam ad finem de confirmatione Canonis per Romanum pontificem ista ibi subiiciuntur: *Hoc etiam fratri & consecrati nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis pro confirmando isto Canone innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniuersarii dies eorum celebrantur.* Vide notas Can. 47. Concilii Carthagenensis III.



CONCILIVM
 CARTHAGINENSE VII.
 XXXVIII. EPISCOPORVM.

Extat Græce & Latine infra in Concilio Africano & Can. 94. vsque ad 100. exclusive.

In hac Synodo recitati sunt Canones 105. quorum magna pars habetur in Carthagenensi III. & in Mileuitano Concilio.

TITVLI CAPITVLORVM.

- | | |
|---|---|
| I. De excommunicatis, vt ad clericorum accusationem non admittantur. | IV. De personis quæ aduersus clericos testimonium dicere prohibentur. |
| II. De personis, quibus clericorum accusatio interdicitur. | V. De eo quem solo suo testimonio presumpserit excommunicandum episcopus. |
| III. De his qui primum crimen obiectum non probarunt, vt ad cetera non admittantur. | |

POST consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, III. Kalendas Iulii, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus vna cum

- | | | |
|---|--|---------------|
| Faustino ecclesiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ ecclesiæ, | Rufiniano * Muzutensi, Prætextato Sicilibrensi, Quodvultdeo * Verensi, | * Mustensi, |
| Vincentio Culusitano. | Candido * Abbiritano, | * Virensi, |
| Fortunatio Neapolitano, | * Galloniano Vticensi, legatis prouinciæ Numidiæ proconsularis: | * Abdiritano, |
| Mauriano Vlizibiritano, | Alypio Tagastensi, | * Gallonio |
| Pentadio Carpitano, | | |
| Adeodato * Simittuensi, | | |
| Concil. Tom. 4. | Nnn | |

* Simoceleni, et Sumitensi,

Augustino Hipponæ Regiensi, Leone * Ospinensi,
 Possidio Calamensi, legatis pro- Leone alio, legatis provincia
 uincia Numidiæ: Mauritanæ Tingitanæ:
 Maximiano Aquæ Regiensi, * Niello * Ruscurensi,
 Iocundo Suffetulensi, Laurentio Icositano,
 Hilarino Orreocelensi, legatis Numeriano * Rusguniensi, lega-
 tibus prouinciæ Byzacenæ: Et tis prouinciæ Mauritanæ Cæ-
 Nouato Sitiphensi, sarensis:

ANNO
 CURIAE
 459
 * Opi-
 si, ad Mo-
 crensi,
 * Nicello
 * Ruscu-
 rensi,
 vel Ruso-
 corensi,
 * Rango-
 nienti

Ac vniuersis in Concilio iudicibus delectis, adstanti-
 bus diaconibus, confedisset, & quibusdam peractis, mul-
 ti episcopi ceterorum peragendorum moras se conque-
 rerentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias fe-
 stinarent: placuit vniuerso Concilio, vt ab omnibus eli-
 gerentur de singulis quibusque prouinciis, qui propter
 alia peragenda residerent. Et factum est, vt hi adessent,
 quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

CAPITVLA.

I.

Cod. Can.
 128.
 Conc. Afr.
 cap. 95.
 4. quest. 1.
 Distinimus
 eum rite.

PLACVITQVE, quoniam superioribus Conci-
 liorum decretis de personis, quæ admittendæ
 sunt ad accusationem clericorum, iam constitutum
 est, & quæ personæ non admittantur, iam expressum
 non est: idcirco definimus, eum rite ad accusatio-
 nem non admitti, qui posteaquam excommunica-
 tus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione con-
 stitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusare volue-
 rit.

II.

Cod. Can.
 cap. 129.
 Conc. Afr.
 cap. 96.
 4. quest. 1.
 Distinimus
 eum rite.
 4. quest. 6.
 Omnibus
 quibus ac-
 cusatio.

Item placuit, vt omnes serui, vel proprii liberti
 ad accusationem non admittantur, vel omnes, quos
 ad accusanda publica crimina leges publicæ non
 admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis asper-
 si, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectæ per-
 sonæ, hæretici etiam, siue Pagani, siue Iudæi.
 Sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur,

ANNO CHRISTI 419.

in causis propriis accusandi licentia non est dene-
ganda.

III.

Item placuit, quotiescumque clericis ab accu-
satoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex
his, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad
cetera iam non admittantur.

Cod. Can.
cap. 130.
Conc. Afr.
cap. 97.
3. quest. 10.
Placuit, vt
quoties-
cumque.

IV.

Testes autem ad testimonium non admittendos,
qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel
etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit.
Ad testimonium autem, infra annos quatuorde-
cim ætatis suæ non admittantur.

Cod. Can.
cap. 131.
Conc. Afr.
cap. 98.
4. quest. 2.
& 3. Te-
stes autem
ad.

V.

Item placuit, vt si quando episcopus dicit, ali-
quem sibi soli proprium crimen fuisse confessum,
atque ille neget; non putet ad iniuriam suam epi-
scopus pertinere, quod illi soli non creditur: & si
scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nol-
le communicare, quamdiu excommunicato non
communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab
aliis non communicetur episcopis, vt magis caueat
episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis docu-
mentis conuincere non potest. Et subscripserunt,

Cod. Can.
cap. 132.
Conc. Afr.
cap. 99.

Cod. Can.
cap. 133.
Conc. Afr.
cap. 99.

Aurelius episcopus ecclesiæ Car-
thaginensis.

Faustinus ecclesiæ Potétinæ pro-
uinciæ Piceni.

Alypius Tagastensis, legatus pro-
uinciæ Numidiæ.

Augustinus Hipponæ Regiensis,
legatus prouinciæ Numidiæ.

Possidius Calamensis, legatus
prouinciæ Numidiæ.

Concil. Tom. 4.

Nouatus Sitiphensis, legatus pro-
uinciæ Sitiphensis, vel Mauri-
taniæ Tingitanæ.

Leo * Ospinensis, legatus pro-
uinciæ Sitiphensis, vel Mauri-
taniæ Tingitanæ.

Leo alius legatus prouinciæ Siti-
phenensis, vel Mauritaniæ Tin-
gitanæ.

Iocundus Sufferulensis, legatus

Nnn ij

* Ospin-
sis, al. Mo-
ctensis.

	prouinciæ Byzacenæ.	reensis.
	Maximianus Aquæ Regiensis, legatus prouinciæ Byzacenæ.	Numerianus * Rufgoniensis, legatus prouinciæ Mauritanie Cæsarensis.
	Hilarinus Orreocelensis, legatus prouinciæ Byzacenæ.	* Maurianus Vlizibiritanus.
* Nicellus	* Niuellus * Rufcuriensis, legatus prouinciæ Mauritanie Cæsarensis.	Rufinianus * Muzutensis.
* Rufucurensis,		Quodvultdeus * Virensis.
	Laurentius Icositanus, legatus prouinciæ Mauritanie Cæsarensis.	Candidus * Abbiritanus, alias Germanicianorum.
		* Gallonianus Vticensis.

ANNO
CARLII
419.
* Rango-
niensis,
* Martia-
nus
* Mo-
stensis,
* Veten-
sis. d. V.
nensis.
* Abbi-
tanus.
* Gallo-
nius.

NOTÆ.

An Conci-
lium hoc a
VI. Car-
thaginesi
diuersum
sit?

* *Concilium Carthaginense.*] Hoc Concilium a Carthaginensi VI. non diuersum, sed eiusdem, ad reditum legatorum ex Africa prorogati, alia quædam sessio seu conuentus esse videtur, quo iidem prope Africanæ ecclesiæ episcopi, eodem anno ac mense, tertio Kalendas Iunias conuenientes, ea, quæ ad collapsæ disciplinæ ecclesiasticæ statum pertinebant, reformarunt. Hæc sententia confirmatur inde, quod ex Africanæ ecclesiæ prouinciis electi iudices siue legati, numero vigintiduo, huic Concilio interfuisse scribantur, & recensentur iidem, quos supra auctoritate Baronii sexto Carthaginensi præsto fuisse annotauimus. Episcopos ducentos decem & septem subscripsisse huic Carthaginensi septimo dicitur Canone 100. Concilii Africani: totidem sexto Carthaginensi subscripsisse initio eiusdem Synodi refertur. Quis credat eodem mense, eadem prope septimana, ad diuersa Concilia eosdem episcopos paris numeri conuenisse, & non potius vna eademque Synodo congregatos, diuersis diebus diuersas sessiones & conuentus habuisse? Accedit, quod collector in hac Synodo 105. Canones recitatos esse scribat; illos opinor qui infra in Concilio Africano recensentur. Quod si ita est, hanc Synodum eandem cum præcedente Carthaginensi esse oportet, quæ tempore Zosimi pontificis inchoata, sub Bonifacio, propter Nicænorum Conciliorum exemplaria indagata, suspensa est, ac demum circa initium Cælestini pontificis absoluta fuit. Ita sentire videtur Baronius anno 419. num. 59. 71. & 73.

Cut inscri-
ptio men-
dosa asser-
uetur?

^b *Septimum.*] Inscriptionem quantumuis mendosam placet retinere, quia a Gratiano in decreto, aliisque scriptoribus, Canones quidam Carthaginensis Concilii, sub nomine septimi Concilii Carthaginensis allegantur: idque propterea maxime, ne titulus antiquus hinc omnino expunctus lectori confusionem aliquam afferat.

Numerus
episcopo-
rum fide
vacillat.

^c *XXXVIII. episcoporum.*] Qua auctoritate hoc collector asseruerit, non video. Si ea omnia nomina, quæ titulus & subscriptio refert, simul coniungas, non efficient allegatum a collectore numerum, nisi quorundam nomina bis computentur. Verius ergo hoc est, quod partim hic, partim etiam supra in notis Concilii Carthaginensis annotaui, ex omnibus Africanæ ecclesiæ prouinciis, viginti

Numerus
episcopo-
rum verior.

duos episcopos, delectos iudices & legatos, interfuisse: postea vero ducentos & septemdecim episcopos, hæc eadem sua subscriptione approbasse, quibus nomen legati suæ prouinciæ subscriptum inueniant.

VITA,
EPISTOLÆ, ET DECRETA
CÆLESTINI PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

ANNO
CHRISTI
423.

CÆLESTINVS natione Romanus, ex patre Prisco, ^b fedit annis 8. mensibus 10. diebus 17. Hic multa constituta fecit, & constituit vt psalmi Dauid 150. ante sacrificiũ psallerentur, antiphonatim ex omnibus, quod antea non fiebat, sed tantum epistolæ B. Pauli recitabantur, & sanctum euangelium. Hic fecit constitutum de omni ecclesia, maxime & de religionibus, quod hodie archiuis ecclesiæ tenetur reconditum. Hic dedicauit basilicam Iulii, in qua obtulit ^{*} postigem zeticum. Patenam argenteam, pensantem libras 26. Scyphos argenteos 2. pensantes singulos libras 8. Amas argenteas 2. pensantes singulas libras 10. Calices minores argenteos 5. pensantes singulos libras 3. aquamanilos argenteos, pensantes libras ^{*} 10. Candelabra argentea 2. pensantia singula libras 30. Canthara cerostrota ærea vel ænea 24. pensantia singula libras 30. Item coronas argenteas 10. pensantes singulas libras 10. Ad B. Petrum apostolum, farum cantharum, pensans libras ^{*} 25. ex argenteo purissimo. Canthara argentea cerostrota in gremio basilicæ 24. pensantia singula libras 20. Ad beatum Paulum apostolum, farum cantharum argenteum, pensans libras 25. Canthara cerostrota 24. pensantia singula libras 20.

Hic fecit ordinationes tres in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros 32. diacones 12. episcopos per diuersa loca 46. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, v 11 l. Idus Aprilis. Et cessauit episcopatus in vrbe Roma dies 20.